



## Bibliographische Daten

Titel: Oratio De Theologis Altdorfinis, Quam Recitavit Publice Ipsiſ Athenis Noricus Johannes Georgius Maierus, ex Marchionatu Offenbuensis. A.O.R. MDCLXXXI  
Ersteller: Johann Georg Maier  
Signatur: Will. V. 363. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tus anno seculi superioris sexto & quinquagesimo, dein Jenæ Professor Mathematum constitutus anno sexagesimo quarto. Jenæ rediit Wittebergam anno septimo & sexagesimo, inde post annos quinque Magdeburgum venit, ibique egit Pædagogiam. Sanctæ postea Theologiae Doctor Heidelbergæ creatus est, eamq; publicè docuit, usq; ad annum octogesimum, quo Athenas hasce Noricas salutavit, annoq; sequente sacræ professionis initium fecit, primusque Rector annuus est declaratus. Quād insigni claruerit eruditione, non tantum ipsi sunt testimonio doctissimæ ejus ad Prophetas prælectiones, atq; Isagogæ Gemini Rhodii in doctrinam sphæricam ab ipso primum græcè evulgata, additâ translatione suâ latinâ, quo nomine laudatur à Vossio de Scientiis Mathematicis cap. XXXIII. §. 7. sed & celeberrimi nominis Theologus Balthasar Müllerus, S. Theologiae Doctor & Superintendens Altenburgenfis, Edonis nostri in Illustri Magdeburgenfium Schola discipulus testatur idem, quando in dedicatione quadam ad totum Magdeburgenfis Archiepiscopatus Capitulum memorable hoc de Hilderico elogium reliquit: *Vestro præterea Capitulo me obstricatum esse fateor, nomine Illustris Schole vestre, in qua discedente Rectori domino M. Dionysio Dragendorfio, & Edone Vlderico Friesio, clarissimis Viris, eruditione doctrine nemini cedentibus, & morum ac vite integritate prestantissimis, sesquennium egi discipulum, ibiq; studia mea excolui & fundamenta jecit.* Imò & istud indicio nobis est singulariac reconditæ hoc in viro eruditioñis, quod cum A. 1585. Colloquium hic Altdorfii institutum fuisset Præside Doctore Joachimo Regio, coepturnq; tractari negotium de Peccato Originali Austriacum, in eo Hildericus noster cum M. Henrico Schmidelino, Ecclesiasta Norimbergensi Sebaldino, in discussiōnibus & refellendis Flacianorum præstigiis masculè desudaverit, M. Mauritio Hellingio & Georgio Sigelio in thesi conscribenda seu veræ Ecclesiæ doctrina explicanda operam studiumq; ponentibus. Ceterum Edo noster primæ ordinationi hic Altdorfii A. 1583. die secundo Februarii, Festo Purificationis Mariæ, celebratæ, prævioq; examini adiuit juxta cum M. Mauritio Hellingio, & M. Laurentio Dürnböfero, primariis Antistitibus Norimbergensis, quorum uterque ordinatio ritu Wittebergæ viven-